



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtute
Et Statu Religionis**

Qvo Quid Contineatur, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari provenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

V. De forma præd[ic]tæ electionis Generalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)

est habilis tempore electionis, & hoc sufficit: nec enim in illo capite postulat, ut ante vacationem sit ordinatus, sed solum, ut non admittatur in Capitulum nisi sit ordinatus: quod varijs iurib. confirmant glossa & Panormitanus ibi. Sed ratio facta, est sufficiens. Ob quam etiam, si quis non esset professus tempore vacationis, tempore autem electionis iam esset professus, posset, & deberet ad electionem admitti, quantum est ex hoc capite: quia nullo iure statutum est, ut professio antecedeat vacationem, neque etiam quod professio debeat antecedere electionem certo aliquo tempore; sed solum quod facta sit, ut patet ex dict. c. ex eo.

VII.
Secundum
dubium cui
per legem
dubium sit
sibi.
Primum
necesse est
distingui.

VII.
dubium
necesse est
distingui.

VII.
Primum
dubium
capituli
vacationis
ordinatus.

Altera dubitatio est, quid sit dicendum de eo, qui ordinatus sit in sacris ante legitimam aetatem, videtur enim esse inhabilis ad electionem, quia lex postulat ordinem sacrum, consequenter postulat legitimam aetatem ad illum: ergo, quidquid horum deficiat, non fit persona habilis. Respondetur, duobus modis posse aliquem ordinari in minori aetate: primo ex privilegio, atque adeo legitime, & tunc non dubito, quin talis persona possit habere suffragium, quia habet omnia requisita ab hac lege, & modo licito absque ulla culpa. Item, ille non solum recipit ordinem, sed etiam executionem ordinis: ergo. Nec ratio facta obstat, quia hac lex non postulat directe & per se aetatem, sed supponit illam, quantum a lege postulat. Unde fit, ut licet diuersis temporibus leges canonice maiorem, vel minorem aetatem requisierint ad subdiaconatum, quolibet earum sufficiens fuerit ad habendum vocem in Capitulo, supposito ordine: ita ergo si per dispensationem minor aetas sufficit ad illum ordinem, sufficit etiam ad habendum suffragium. Alio modo potest quis ordinari ante aetatem legitimam illicite ac subreptit, & tunc certum est iuste posse priuari suffragio per sententiam, quia potest suspendi: an vero sit ipso iure priuatus, & inhabilis ad talem electionem, pendet ex generali quaestione, an sit ipso iure suspensus, quam tractavi late in tom. 5. disp. 31. sect. 1. a num. 22. agens de suspensione; licet enim iuxta antiquum ius non esset ipso facto suspensus, sed suspendendus, ut affirmat Panormitan. dict. Clement. num. 8. nihilominus iuxta novum ius ipso facto suspensus manet, & hac ratione inhabilis ad electionem. Est autem aduertendum, hanc suspensionem esse specialem poenam, quae si per aliam legem imposita non esset, ex vi dictae Clementinae non induceretur. Unde si quis propter bonam fidem excusaretur a culpa in tali ordinatione, & consequenter a poena, posset tuta conscientia ferre suffragium, quia reuera habet conditionem ordinis sacri requisitam in dicta Clementina, & nullum habet impedimentum canonicum: nam defectus aetatis per se non est impedimentum ad electionem, esto sit impedimentum ad executionem ordinis, si ante impletam legitimam aetatem cognoscatur. Quia, ut dixi, lex nihil de aetate disponit in ordine ad electionem. Et ita tenet expressse Panorm. cum Paulo contra quandam glossam dicto n. 8.

Tandem quiri hic potest, an hac conditio sit de substantia electionis, ita ut suffragium datum a non ordinato in sacris, nullum sit, vel solum sit prohibitum. Sed hoc nullam habet dubitationem, si illa verba expendantur, Nihil vocem in apostulo habet, nisi, &c. nam illa verba non solum prohibent, sed etiam tollunt omnem facultatem & potestatem, ideoque non est dubium, quin tale suffragium nullum sit, quia persona est inhabilis ad illud ferendum. Quod non solum est verum, quando ipsa persona per fraudem se ingerit, sed etiam, si a toto Capitulo admittatur, ut ibi glossa nota-

uit, verb. Concedatur, & verbo, Nullo modo. Et probatur sufficienter ex verbis illis textus, etiam si hoc sibi ab alijs libere concedatur, quia per hac verba irritatur talis concessio, quandoquidem ea non obstante, alius remanet sine voce in Capitulo ex vi illius legis. Imo addit glossa ibi, neque Episcopum posse in hoc dispensare, quod verissimum credo; sed id omitto, quia in praesenti casu nunquam potest occurrere necessitas talis dispensationis; & eadem ratione omitto casum alium, si contingeret nullum esse ordinatum in sacris: nam in praesenti contingere non potest, agimus enim de religionibus monachorum, & clericorum prout nunc sunt in usu Ecclesiae: nam si quae sit religio mere laicorum, ut potest esse militaris, vel hospitalaris, & in illa fiat electio, non esset necessaria hac conditio, ut omnes Doctores aduertunt in dict. cap. ex eo. & dicta Clement. de aetate. & qualitate. & ex ipsius iuribus satis colligitur.

IX.

Quarta conditio generalis assignari potest, ut elector non sit per excommunicationem, vel aliam similem censuram, aut Ecclesiasticam inhabilitatem suspensus a munere eligendi, quod generale est omnibus electionibus Ecclesiasticis, de qua in disp. 14. de censur. sect. 2. a num. 6. & ideo illam omitto. Videri potest Abbas in cap. illa quotidiana. n. 7. & in cap. Cum ana. in fin. de Elect. & in cap. vlt. de Procuratorib. num. 3. ubi late tractat aliam questionem, an inhabilitas vnius electoris reddat nullam totam electionem, vel sustineatur propter habiles, quae etiam generalis est, & ideo illam omitto. Pro regula enim tenendum est, ut si per inusile non vitari; & ita in praesenti inhabilitatem vnius, vel alterius non nocere, quando alij non consenserunt, nec voluntarie admiserunt excommunicationem, vel aliam similem, cuius defectum supplere non poterant, tunc enim conspiratio illa reddet vitiosam totam electionem, non vero priuata malitia vnius. Et ita cessat nunc quaestio, quam late tractant Innoc. Ioan. Andr. Panorm. & alij dictis locis, si excommunicatus sit occultus, an possit, ratione illius, irritari electio: nam hodie facile hoc expeditur, iuxta Extravag. Ad evitanda, quae nullum fauorem concedit excommunicato, concedit autem alijs ne illum vitare teneantur. Et ideo ille semper peccat, se ingerendo ad electionem: alij vero non peccant illum non reprehendendo, quamvis possint, quia non tenentur illum vitare, aut repellere; & ideo ex hac parte non erit nulla electio.

Quarta assignatur
ser. vi. nullum
elector sit censuratus.

CAPITULUM V.

De forma praedictae electionis Generalis, ubi late exponitur textus & quia propter de Elect.

I.

Tertio loco, ut creatio Praelati valeat, necessarium est, ut debita forma electionis seruetur. Circa quam duo potissimum iura sunt obseruanda, scilicet cap. quia propter, de Electione. nam licet caput illud generalius loquatur, sine dubio comprehendit hanc electionem, de qua modo agimus. Nam, iuxta communem interpretationem, dispositio illius textus habet locum in electionibus Abbatum Ecclesiarum regularium, quae etiam dicuntur viduatae, & sine pastore relinqui, mortuo, vel deficiente Abbate, cap. ne pro defectu, eod. tit. per dispositionem autem dicti cap. quia propter, prouidetur omnibus Ecclesijs viduatis, ut in eodem textu dicitur: ergo comprehendit illa dispositio electionem Abbatum regularium: ergo & in omnibus Praelatis localibus religionum, qui licet non vocentur Abba-

Ius consuetudinis praefertur
bens formam
eligendi Ecclesiasticum
Praelatum
a soluta
sumptibus.

*Ius speciale
pro Praelati
Regularibus
eligendis.*

Abbat, fere solo nomine differunt quoad munus, ad quod eliguntur: ergo à fortiori idem dicendum est de electione Praelatorum regularium altiorum seu vniuersaliorum habentium iurisdictionem; & maxime de electione supremi Praelati. Et hæc est communis doctrina Doctorum in dict. cap. quia propter. Aliud ius est specialiter pro Regularibus editum in Concilio Tridentino. sess. 25. cap. 6. de Reformat. regularium, vbi expresse declaratur, comprehendi electiones Superiorum omnium, Abbatum, Officialium, Generalium, imo & Abbatissarum seu Præpositarum. Vbi tamen considerandum est, non præcipi, vt hi omnes per electionem fiant, sed, vt, vbi sunt per electionem, talis modus in electione seruetur.

De forma antecedente electionem.

Prima conditio ut antecedat conuocatio suffraganum.

II. Ad tria ergo capita reducuntur omnia, quæ in iuribus illis statuuntur. Quædam enim præcedunt, alia comitantur, alia subsequuntur electionem. Ad primum caput pertinent illa verba c. quia propter. Cum electio fuerit celebranda, presentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commode interesse, assumantur tres de Collegio fide digni, qui secretè, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquisiant. Ex quibus verbis primo colligitur, necessarium esse ad legitimam electionem, vt omnes, qui habent ius eligendi, conuocentur, si commode fieri possit: nam si non fuerint vocati, non poterunt moraliter esse presentes, etiam si velint; quod tamen in prædicto iure postulat. Et expressius ponitur hæc conditio in c. coram. de Electione. & sumitur ex c. bona memoria. 2. & cap. cum inter. 2. eod. tit. & c. quod si. eod. tit. Non est autem ita necessarium vt adfint omnes, qui ius habent eligendi, quia non coguntur eligere, sed si velint, vt ex prædictis verbis aperte constat. Vnde fit, non tantum necessarium non esse, vt omnes, qui possunt ferre suffragium, presentes sint, verum etiam nec maior illorum pars: quia potest maior pars nolle adesse, & tunc non est impedienda electio contra intentionem illius cap. quæ in principio eius explicatur: poterit ergo celebrari ab his, qui præfentes fuerint. Dices, hoc esse contra rationem electionis, quæ debet esse à maiori parte. Item omnes, qui habent ius suffragii, debent adesse, ergo iniuste agunt, si nolunt adesse: non ergo pro illorum voluntate debet fieri electio à paucioribus. Item, quid, si omnes, vel fere omnes nolint venire, quomodo fiet electio?

Ad primum.

Ad primum respondetur, electionem debere fieri à maiori parte eorum, qui præfentes sunt, & actu ferunt suffragium, vt statim ex eodem textu dicitur, non omnium, qui possunt ferre suffragium, quia parum confert potestas, si non reducat in actum. Ad secundum dicitur, illud verbum, debent, ex parte electorum non dicere obligationem, sed ius, ita vt respectu eorum passiuè potius, quam actiue interpretandum sit: nam illis debetur suffragium, si velint illud ferre, licet ipsi non teneantur; & ideo non iniuste agunt nolendo, nec contra debitum electionis.

Ad secundum.

Hoc autem intelligitur ex vi iuris communis, nam ex iure speciali poterit imponi obligatio, vel etiam ex præcepto Superioris, si ita expediat.

Ad tertium.

Vnde ad tertium dicitur, in eo casu ad prouidentiam Superioris pertinere facere, vt conueniens numerus electorum congregetur, quantum poterit, & ad bonum religionis expedire censuerit. Quod si non valuerit aliquem numerum cogere, deuoluetur electio, seu prouisio Ecclesiæ ad Superiorem, vt Canonistæ communiter aiunt in nostro autem casu ad Summum Pontificem pertinebit, si religio exempta sit, quia tota religio non habet ex-

tra se Superiorem aliquem, per quem possit ei de capite providere, quando ipsa vel sua culpa negligens est, vel propter impedimenta impotens ad illud eligendum.

Vnde etiam constat quomodo hæc conuocatio electorum faciendi sit: quod voluit explicare Pontifex in illo verbo, Et possunt commode. nam hæc commoditas, vt Doctores dicunt, & ratio postulat, magis ex parte Ecclesiæ, seu communitatis, quam ipsorum electorum spectanda est. Interrogari autem potest, qualis, vel quanta esse debeat hæc commoditas, quæve difficultas vocandi aliquem excuset. Item, an oporteat vnumquemque in particulari, vel sufficiat publicum edictum proponere, die & hora in particulari assignatis. Respondeo, in his circumstantiis nihil esse iure communi dispositum: nam in dict. c. quia, propter, nihil de hoc dicitur, & in nullo alio aliquid de forma eligendi præscribitur; & ideo in primis seruanda sunt iura specialia, per quæ solent hæc esse definita. Deinde iuxta c. cum inter vniuersas, de electione, vbi ius scriptum defuerit, seruanda est consuetudo, præsertim in modo conuocandi per admonitionem, seu vocationem singulorum, vel per generalem publicationem, solum fieri tali loco, aut modo, vel per ipsam legem & constitutionem, qua ipso iure (vt sic dicam) solent vocari electores: quod in nostro casu maxime locum habet in his religionibus, vbi Praelatio generalis temporalis est, & certo, ac per legem definito tempore vacat, & successoris electio certo etiam die, & loco fit. Vbi autem vel tempus, vel locus sunt incerti, vel certe vacatio ipsa, quia non contingit nisi per mortem, necesse est conuocationem sigillatim fieri per omnes Prouincias, vel Praelatos Generali immediatos, vt per eos ad omnes, qui suffragium habent, perueniat. Vnde in his difficultas illa, vel distantia, quæ per se est coniuncta cum tali electione, non consideratur, nec censetur esse contra commoditatem electionis: debet ergo esse extraordinaria. Vnde, quando talis est, quæ nec à lege considerari potuit, nec per consuetudinem iudicari, prudenti arbitrio relinquendum est; nulla enim alia regula certa statui potest: in eo autem iudicio ferendo maxime attendendum est, ne propter dilationem electionis communitas detrimentum patiatur. Et hæc est communior sententia in c. coram. de electione. & sumitur ex c. cum inter vniuersas, eod. tit.

Præterea ponderanda sunt illa verba, presentibus omnibus: nam ex eo constat, electionem canonicam debere fieri in communi congregatione, in qua præfentes adfint omnes electores; non enim iure communi permittitur fieri electio, nisi communiter celebrata, vt explicatur in c. in Gens. De Elect. dicitur autem communiter celebrari, quando in vno loco omnes electores conueniunt; singulariter autem fieri diceretur, quando singuli in suis domibus, vel Prouincijs manentes, suffragia mitterent. Ratio autem huius conditionis est, vt electio possit fieri cum maiori examine, & cognitione peritorum, & cum maiori certitudine tam suffragiorum, quam meritorum eligendi. Addit Panormit. in dict. c. n. 12. hoc sequi ex alio generali principio, quod ea, quæ fiunt ab vniuersitate, vt vniuersitas est, debent fieri per congregatos in vnum. Et idem habet glossa in c. cum omnes. de constitutionib. vbi idem Abbas n. 8. latius id confirmat. & est per se valde consentaneum rationi, quia tunc proprie operatur vniuersitas per modum vnius corporis, quod est congregata in vnum ad talem actum, & more solito, & non aliàs; at vero electio est actio vniuersitatis tanquam vnius corporis habentis potestatem ad constituendum sibi caput.

Vnde colligo hanc conditionem esse substantia-

Probat, quia, si illa deficiat, reuera non est electio, neque actio communitatis vt sic, iuxta rationem proxime factam: ergo non est valida: ergo conditio substantialis est. In praesenti enim illa conditio substantialis vocatur, sine qua non potest actus moralis valide fieri sub tali ratione. Sed obijcit Panormitanus, quia absentia aliquorum per cōtemp- tum, id est, quia sine causa vocati non sunt, non inducit nullitatem electionis, cap. *Electio*. de Electione. ergo praesentia non est de substantia. Confirmatur, nam si electio fiat in absentia alicuius, qui iniuste vocatus non est, & ille postea consensit, id satis est, vt valida sit electio, ex eodem textu, & communi sententia: ergo praesentia non est de substantia. Tandem, aliquis absens, & impeditus potest admitti ad suffragium ferendum: ergo. Respondetur, obiectionem procedere in diuerso sensu. Aliud est enim loqui de vocatione omnium electorum, vt praesentes hant ad suffragium ferendum: aliud de praesentia eorum, qui de facto suffragium ferunt. Nos hic non loquimur de vocatione, nec dicimus esse de substantia, vt fiat de omnibus ac singulis, qui ius habent suffragii, nullo excepto: sed agimus de ipsamet electione, & ad eam dicimus esse omnino necessariam & substantialem praesentiam electorum: quod ratio facta plane cōuenit. Obiectio autem Panormitani procedit de vocatione in priori sensu, & in eodem negat ipse praesentiam esse de substantia, praesentiam nimirum omnium, qui ferre possunt suffragium: quod verum est, quia, licet alicui defint, etiam iniuste, valida erit electio donec irritetur, eadem modo sufficiens numerus electorum conuocatus sit: nam saltem requiritur, & est de substantia, vt duae partes electorum conuocentur, alias non censeretur vniuersitas conuocata. De qua re videri potest Bartolus in *l. omnis populi*. ff. de iustit. & iur. quæstione 3. Panormitanus in cap. *in causis*. de Electione, vbi contra eundem Bartolum docet, non esse necessarium, vt duae partes adueniant cum effectu: nam eo ipso, quod vocantur, & contemnant venire, amittunt ius suum, & perinde reputantur ac si non essent de numero eligentium, cap. *in nobis*. de Elect. & ideo qui supersunt, etiam si pauci sint, censentur esse vniuersitas electorum. Quod censio habere locum, quando non duae partes tantum, sed omnes, qui debent & possunt habere suffragium, essent sufficiens vocati, & plures deficerent transactio praefixo termino: nam si duae tantum partes essent vocatae, & postea ex eis multi voluntarie defissent, profecto congregati non sufficerent, nec tunc dici posset vniuersitas sufficiens vocata. Sed haec generalia sunt, & ideo sufficit illa breuiter attingere.

Ad confirmationem priorem, de illo, qui vocatus non fuit, & postea consensit, respondetur, illum propriè non conferre valorem electioni; iam enim facta, & valida supponitur: sed quasi cedit iuri suo, quo posset illam infirmare, & irrationem eius postulare; & hoc modo confert firmitatem quandam electioni iam factae. Propter hoc ergo non est eadem ratio de illo consensu: nam illud non est proprium suffragium, ideoque ad illud praestandum non est necessaria praesentia ex vi praedictae formae, seu iuris. Nec ego inuenio aliud, in quo talis conditio ad illum consensum praestandum exigatur: poterit ergo quis absens, & in suo loco manens, consensum illum praestare post factam electionem, sicut posset ante electionem vocatus non venire, & cedere iuri suo. Solum ergo est differentia, quod si prius vocetur, & contemnat venire, iuste, valide, ac firmiter sine illo fit electio: si autem imple contemnitur, & non vocatur, iniuste fit electio, & potest irritari, quauis valida sit. Ad aliam

confirmationem de absente impedito, in eodem c. *Quia propter*. §. *Illud*. disponitur quid faciendum sit, & in summa dicitur, eum, qui ita est absens, & distans, vt vocari non debeat, nullo modo posse ferre suffragium, quia reputatur tanquam nullum habens ius: si autem conuocandus est, ipse autem allegat, se esse iuste impeditum, primum omnium debet sufficienter veritatem impediti ostendere, aut confirmare, & tunc poterit vices suas committere alicui ex alijs electoribus. Et ita, licet ipse sit absens, non concurrat ad electionem vt absens, sed vt praesens: nam sicut per alium concurrat, ita per alium praesens est.

Vt prius principaliter statuitur in dictis verbis, vt ante electionem assumantur tres, qui singulorum vota exquirant. Circa quam partem multa tractari possunt, quae breuiter insinuabo, quia res non est propria religionum, quauis ab eis participetur. Primum quomodo hi tres assumendi sint: nullus enim certus modus ibi praescribitur, & fortasse ob hanc causam vsus est Pontifex generali verbo assumendi, & non dixit eligendi, vel aliud simile. Ordinarius autem modus, ac fere moraliter necessarius, est per electionem, quia vbi persona non sunt designata, per legem, nec ex vi alicuius muneris, sed per consensionem plurium designandae sunt, ibi necessaria est electio. Vnde ad eligendos illos tres non oportebit hanc formam seruare, ne procedatur in infinitum: arbitrario ergo modo fiet; nec enim illa forma necessaria est ad omnes electiones, sed Praetorum tantum, vt dixi. Posset autem vel consuetudine, vel lege statui, vt electio illorum trium non pertineret ad totam congregationem, sed ad quatuor, vel quinque antiquiores, vel digniores ratione officij, aut alterius conditionis: hoc enim nulli iuri repugnat. An vero possit lege, vel consuetudine introduci, vt sine vlla electione designatae sint haec tres personae, per conditionem antiquitatis, vel officij, &c. dubitari potest, quia in illo textu dicitur, *Assumantur tres de Collegio fide digni*. Per quae verba videtur committi praesentibus examen, & cognitio de tali qualitate personae. Nihilominus oppositum video in praxi seruari, iuxta specialia statuta, vel iura, quae non censentur contraria huic communi iuri. Vel quia personae designatae per legem praesumuntur esse fide dignae, ordinarie enim designari solent, quae ratione muneris, vel antiquitatis digniores censentur; vel certe, quia nunquam excluditur consensus tacitus, vel expressus praesentium in tali congregatione, quia illis non negatur ius suspicionem obijciendi, si talem personam non reputent fide dignam. Imo addit Panormitanus, quod licet absque adminiculo iuris, vel consuetudinis tres de congregatione sua sponte assumerent munus illud, eo ipso, quod alij tacerent, censentur virtualiter assumpti. De quo ego dubito, saltem quoad forum externum, quia merito praesumerentur id facere per potentiam, & alios tacere magis inuitos, quam volentes.

Secundo inquiri potest, an sit de substantia huius conditionis, vt hi tres assumpti sint de Collegio electorum. Nam glossa, & nonnulli Doctores hanc sententiam dixerunt, hoc non esse substantiale. Sed certe repugnant textui, vt melius considerant Innocentius, Hostien. Panormit. & alij. Nam ibi expresse dicitur, vt hi tres sint de Collegio, & postea subditur, *aliter electio facta non valeat*. Item, quia haec conditio est valde necessaria, vt electio conuenienter fiat, quia fidelius hoc munus exercebitur per eos, ad quos spectat electio. Et ob eandem causam oportet, vt hi sint de Collegio, id est, de numero eligentium: hic non est planus sensus illius textus. Itaque, si electio sit, vt in Ordine Minorum, non satis est, vt eligatur tres

de co-

VII.

Tertia conditio, vt assumantur tres, qui suffragia exquirant. Quomodo assumendi per vota ne, a modo alio.

VIII.

Sine substantiale de Collegio electorum.

cluditur per illa verba modus proferendi suffragium per vocem; est tamen nimis rigorosa, & coacta expositio contra proprietatem verbi, præsertim in morali usu. Item, quia non est verisimile antiquum morem, & iure communi probatum vno verbo tam obscuro fuisse reprobatum. Eò vel maxime, quod licet ex parte secreti minus conueniens sit, quam alius; habere potest alias utilitates, propter quas possit interdum præferri: non oportet ergo ut per legē ablata sit potestas physica loquendi (ut sic dicam) sed moralis, obligando dicto modo ad seruandum secretum. Sufficit ergo respectu futuri actus obligatio, quæ rigorosam esse existimo, & sub culpa graui, quia materia magni momenti est.

XII. Imo existimo non tantum cadere in scrutatores, qui vota recipiunt, sed etiam in ipsosmet ferentes suffragium: quia Concilium districte præcipit, omnes, prædictos eligi debere per vota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. hoc ergo districte præceptum non limitatur ad has, vel illas personas, sed indefinite ponitur: ergo comprehendit omnes, per quos possit talis publicatio fieri: ergo comprehendit ipsos eligentes, & quemlibet eorum. Ut enim hoc præceptum grauius frangatur, non est necesse, ut multa suffragia, aut multis personis reuelentur; sed satis est ut quilibet eligentium cuiusque personæ manifestetur, quia iam rumpitur secretum. Quod adeo verum est, ut sufficiat talis manifestatio vnius suffragij facta vni personæ extra formam præscriptam, ad annullandam electionem, si in ipsamet electione fiat, ut a congregatione Cardinalium declaratum est. Dicit aliquis: hæc prohibitio facta est in fauorem eligentium: ergo ipsi cedant iuri suo, & seipsos reuelent, non peccabunt saltem grauius. Respondeo, non esse illam causam adæquatam, imo nec principalem; sed fauorem ipsiusmet electionis ad vitandas fraudes, & illicitas contentiones, & ut maiori cum libertate electio fiat. Et eadem ratione dici non potest, hanc prohibitionem solum durare vsque ad consummatam, confirmatam, & publicatam electionem; postea vero licitum esse se manifestare: nam reuera non ita est, tum quia Concilium simpliciter dixit, nunquam publicentur: tum etiam, quia ad finem præcepti interest ne fiat publicatio etiam post transactum tempus electionis.

XIII. Vterius vero inquiri potest circa eandem partem seu præceptum primum, an sit de substantia huius forme, ut vota in scriptis redigantur. Nam quod hoc sit præceptum, manifestum est in textu: an vero sit substantialis conditio, dubitari potest, quia ibi non specialiter exprimitur, & raro solet scriptura esse de substantia actus, maxime in his, quæ à communitate fiunt ad plura suffragia. Nihilominus certum est, hanc conditionem esse de substantia, ut omnes Doctores ibi notant, & glossa in c. de Censib. in 6. Cardinalis in tract. de Elect. in p. c. 22. & 3. p. c. 61. Colligiturque ex textu ibi, & in scriptis redacta, & c. & infra, aliter electio facta non valet. nam illud aduerbium aliter, cadit in totam illam formam, c. Electio vestra, 2. eod. tit. manifestum autem est, priora verba posita esse in ipsa forma. Ratio etiam hoc postulat, quia illa circumstantia est valde necessaria ad certitudinem electionis.

XIV. Vnde obiter constat, alias etiam circumstantias, quæ in illis verbis includuntur, esse substantiales, ut quod vota ferantur sigillatim, & non simul plura, etiam duo, ut patet ex particula sigillatim, & quia hoc ad secretum necessarium est. Item, quod vota omnia, nullo excepto, suscipiantur, patet ex illa distributiva vota cuncto, ubi Panormit. aduertit, quod licet non sit de substantia electionis, ut omnes vocati veniant, est tamen de substantia, ut omnes præfentes suffragium ferant, quod intelligitur. Frauc. Suar. de statu relig. Tom. IV.

dum existimo, si velint: nam, si quis iam in Congregatione præfens, se excusaret, & nollet ferre suffragium, quauis sine illo electio fieret, non esset electio nulla, quia nullo iure irritatur, & particula illa, cunctorum, recte intelligitur iuxta præcedentia verba, Qui debent, & volunt, & possunt suffragium ferre. Imo nec prohibitum iure communi esse ideo procedere ad electionem contempto illo etiam ex præsentibus, qui non vult suffragium ferre; esset tamen statim à Congregatione expellendus. Insinuat autem à Panormit. differentia inter electores antequam congregentur, & postquam præfentes iam in Congregatione sunt. Nam, si quis antea non vocetur, sed contemnatur, non statim sit irrita electio postea subsequuta, licet irritanda sit ad petitionem eius, qui fuit contemptus. Si autem aliquis ex præsentibus contemnatur, & inuitus ad suffragium non admittatur, electio est nulla. Ratio autem differentie esse videtur, quia hoc posterius est contra intrinsecam formam electionis ibi præscriptam; illud autem prius est circa præambula ad electionem; sola autem forma est ibi in rigore præscripta, & substantialis, iuxta cap. Ecclesia vestra, infra eod. tit. Congruentia etiam addi potest, quia, qui iam præfentes adfunt, videntur habere acquisitum maius ius, & quia tunc communitas ipsa, ut communitas est, aut vim patitur, dum non permittitur tota eligere, aut committit intolerabilem errorem, iniuste non admittendo aliquem ex præsentibus ad suffragium ferendum.

Secundo præcipitur per illa verba, ut suffragia omnia mox in communi publicentur, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto. Dicuntur autem publicari suffragia in communi, quando integer numerus eorum publice proferatur quoad totam Congregationem, non explicando in quorum fauorem data fuerint, vel quot ex illis in hac, vel illam personam descenderint, sed explicando solum numerum personarum, quæ suffragium tulerunt: hoc enim significat illa particula, in communi. ordinatur autem hæc solennitas ad maiorem certitudinem collationis votorum postea faciendæ, & ut subterfugia, & tergiversationes præcludantur. Vnde hæc solennitas ex omnium sententia substantialis est. Dubitari autem solet, an illa conditio talis publicationis, scilicet ut mox fiat, & sine interpositione appellationis, vel alterius dilationis, sit etiam de substantia. Pars vero asserens certa videtur ex ipso textu, nam omnes illæ circumstantiæ pertinent ad intrinsecam formam, & ita censet Panormit. cum communi opinione. Quam autem vim habeat illa particula, mox, tractant ibi late glossa, & Doctores, & Bartolus in l. si quis maior. imparet. C. de transaction. & in l. si fructus. ff. solut. matrim. Breuiter tamen dicitur, in præfenti significare, ut statim sine vlla morali interruptione publicatio fiat: esset autem moralis interruptio, si interponeretur, alius actus pertinens ad impediendam vel differendam electionem; vel si absque tali publicatione dissolueretur Congregatio sine vlla causa cogente, argum. cap. cum post. de Elect. de quo statim. Denique à quo, vel quomodo fieri debeat talis publicatio, in textu non præscribitur, ut Hostien. notauit, & ideo nihil quoad hoc est de formæ clarum est autem debere fieri ab ipsis scrutatoribus, id est, ab vno, consentientibus alijs. quia vix est alius modus possibilis, cum soli illi supponantur scire suffragia secreta, & expediens non sit omnes simul loqui, nec necessarium, ut à singulis successiue fiat publicatio.

XVI. Tercio præcipitur in eadem parte, ut collatione habita, eligatur, in quem omnes, vel maior & sanior pars Capituli consentit. Circa quam partem duo præcipue explicanda sunt; scilicet, qualis sit illa collatio, & bipartitum quomodo

Plus est non admitti presentem ad suffragium, quam non vocari ab electis.

XV. Secundo præceptum extus in 7. d. allatur suffragia publicentur mox.

Quid ab eo imparet.

XVI. Tercio præceptum extus in 7. d. allatur dem taxum bipartitum quomodo

impossibilem, in quo omnes electores sint æquales in omnibus qualitatibus : hoc autem repugnat multis iuribus, cap. *cum Anna*, cap. *in Gens*, cum alijs, de Electione.

XXII.
Anchur
inductum
maior pars
inductate
requiritur.

Non tenetur
fieri nisi
sejuncte.

Relinquitur ergo vt ex vi illorum verborum in primis requiratur maior numerus suffragiorum; quod mihi certissimum videtur. Intelligendumque est de maiori parte totius Capituli : non enim sufficit habere plura vota, quam ceteri, si numerus votorum non contineat maiorem partem totius Capituli : nam hoc requiritur ad electionem canonicam, de qua ibi est sermo : vnde expresse dicitur *maior pars Capituli*, & in alijs iuribus citatis expresse declaratur. Iuxta hoc vero fundamentum sequitur consequenter, maiorem numerum, licet necessarius sit ad electionem, non tamen sufficere, nisi etiam sit sanior : nam vis illius copulatiuæ æque vtramque partem comprehendit. Vnde inferitur vltius, si contingat maiorem partem, quæ in vnum consentit, non esse saniozem, & saniozem, quæ vult alterum, non esse maiorem, vtriusque electionem per se loquendo, esse nullam, quia neutra pars eligentium habet omnia requisita ad faciendam electionem. Dico autem, *per se loquendo*, quia si contingat alteram partem amittere ius suum, eo quod (v.g.) elegit scienter indignum, tunc electio alterius partis erit valida, quia ad illam deuoluitur ius alterius partis, & ita iam non reputatur vt minor pars, sed vt integrum Capitulum, vt notauit Panormit. in cap. *dudum*. 1. de Elect. num. 10. Per se autem loquendo, etiam si ab vtraque parte eligatur dignus, talis electio non tenet, estque casus expressus in cap. *Ecclesia vestra*. 2. de Elect. vbi Hostien. vterque Abbas, & alij id notant, & sequuntur. Vnde ad secundam difficultatem positam negandum est antecedens quoad illam partem, vt maior pars semper sufficiat sine illa qualitatum consideratione.

XXIII.
Dignitas
non est
diffinitio
in 17. cap.
non quod
maior pars
potest
per se
electio
non sufficit
propter
fama.

Neque inde sequitur, per se loquendo, perturbatio aliqua, quia vbi aliud non confiterit, maior pars semper præsumitur sanior, vt in eod. cap. *Ecclesia*. dicitur, & sumitur cap. *dudum*. 1. eod. tit. & ratio ipsa per se statim postulat; vbi autem oppositum probari poterit, per Superiorem iudicandum est, & ita tollitur perturbatio. Quod si aliqua dissensio, vel lites oriantur, non refert, quia in huiusmodi rebus humanis non possunt omnia vitari incommoda, & magis expedit, vt electiones iuste fiant. Semper tamen manet nobis illa difficultas, quia hinc sequitur, non posse fieri electionem per vota omnino secreta, quia tunc non potest apparere, quæ pars sit sanior. Quod expresse animaduertit Panormit. dict. cap. *Ecclesia*. num. 7. dicitque, communiter non animaduerti, ipse tamen fatetur, non debere ita fieri, vel, vt ipse loquitur, *non debere dari voces per lupinos*. Nihilominus, quod superius n. 9. & 18. dixi censio verum, scilicet, illum modum electionis reprobari non posse: nam, vt ibi dicitur in Addit. ad Panormit. *per totum mundum prædicatur, quod voces dantur siue per fanas, siue per lupinos*: & (quod me magis mouet) est ille modus valde conformis Concilio Trident. statuentis, vt nomina eligentium nunquam publicentur : nam vbi fuerit dubium de saniori parte, non poterit, moraliter loquendo, ferri iudicium, nisi nomina publicentur. Dico ergo, vbi fuerit illa consuetudo, seruandam esse, & tunc maiorem partem præsumi saniozem, vt paulo antea dicebamus. Imo addit Baldus tract. de Schismate, colum. 12. quod quantum cautius dantur suffragia, vt non comprehendantur, tanto sanior & liberior est electio. Denique, vt supra dicebam, tunc nec collatio quoad hanc conditionem sanioris partis, prout fieri poterit, scilicet, vel ex parte electi, considerando ne adeo sit indignus, vt inde sufficienter colligatur, non fuisse saniozem Franc. Suar. de statu relig. Tom. IV.

partem, quæ in illum concurrit: vel ex parte modi cognoscendi saltem in generali, an intercesserit ambitio, & donationes illicitæ, vel aliquid simile. Vnde sufficienter probetur partem illam non fuisse saniozem. Quia vero generaliter, & in communi, & non descendendo ad personas particulares, hoc moraliter probari non potest; ideo semper maior pars præsumetur sanior, si persona electa indigna non sit.

Circa alteram partem huius præcepti, scilicet, vt, facta collatione, electio fiat, primum tollenda est ambiguitas vocis: nam electio proprie videtur fieri quando feruntur suffragia, nam electores sunt omnes de Capitulo, eligunt autem vouendo; postea vero potius videtur fieri publicatio electionis iam factæ. Textus autem non ita loquitur, sed potius dicit, tunc fieri, & faciendam esse electionem. Est enim aduertendum, electionem hanc esse veluti vnum actum totius Capituli, qui non censetur fieri, seu consummari donec vnus nomine totius Capituli loquatur, & eligat futurum Prælatus: hoc autem fit postquam totius Capituli voluntas paulatim declarata, & cognita est; & ita electio aliter fit à singulis declarantibus suas voluntates, aliter à toto Capitulo declarante suam & quasi vnā voluntatem. Hoc ergo est, quod per illa verba fieri mandatur, estque omnino de substantia, vel (vt ita dicam) ipsa substantia, & forma electionis, quia non censetur electio facta, donec ita fiat, nec conferret aliquid ius, si hoc omittatur: imo necessarium, & substantiale est, vt hæc electio statim post collationem sine interruptione morali fiat; sicut dictum est num. 15. de publicatione suffragiorum in communi, vt expresse declaratur in cap. *cum p. s.* de Electione. Quomodo autem hæc electio communis fieri debeat, in prædicto textu non declaratur; tamen ex intentione eius, & ex cap. *sicut cum*. de Elect. in 6. constat, debere fieri ab vno, nomine omnium publice loquente, & denunciante electionem. Quis autem ille esse debeat, vel à quo designari, aut præcipi debeat, vt loquatur, in eodem etiam textu non dicitur; tamen & ex contextu constat à scrutatoribus debere designari; quia verò hoc non expresse dicitur, aiunt expostores, vtile esse vt Capitulum à principio det hanc potestatem scrutatoribus, vel alicui eorum. Glossa vero in c. *sicut cum*. de Elect. in 6. ait, quemcunque sufficere, si ceteri audientes tacite consentiant. Mihi autem videtur veluti ex natura rei hoc pertinere ad eum, qui Capitulo præest, dum iura aliud non disponunt, supponunt enim & deesse non posse, qui præsit Capitulo, vel saltem qui primam vocem habeat, & omnia debere ordinate fieri: ratio autem postulat vt hoc fiat ab eo, qui præest, vel qui primam vocem habeat, quando nulli alteri commissum est. Et hæc de secundo capite ex propositis in num. 2.

De forma consequente Electionem.

De tertio capite ibidem posito, id est, de his, quæ post electionem necessaria sunt, nihil additur in dict. c. *quia propter*. neque in iure communi aliquid aliud inuenio, nec videtur necessarium, imo nec possibile, cum supponatur iam electio consummata. Solum inuenio id, quod ex Conc. Trid. supra n. 11. notauit, districte præcipiente, vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Quomodo autem ex hoc decreto aliquid resultet pertinens ad substantiam electionis, quomodo item id, quod in futurum pender, non suspēdat valorem electionis, satis ibidem declaratum est: nihil ergo est subsequens electioni, quod ad valorem eius proprie pertineat. Solum ergo potest confirmatio post electionem requiri, vt plenum ius Prælationis obtineatur:

XXIV.
Tractatur
2 pars, id
est, Electio
proposita
num. 16.

XXV.

De confir-
matione
Electi.

neatur: quæ confirmatio iure communi necessaria est, pertinetque ad Superiorem immediatum Prælatus electi, & si nondum illa obtenta, quis Prælatione utatur, iure acquisito per electionem priuatur, c. *ius stia*. de Elect. in 6. & videre licet latius in Syluestro, & Angelo, verb. *Confirmatio*. Panormit. in c. *cum Ecclesia*. de Elect. n. 8. In præfenti ergo confirmatio per se spectat ad solum Summum Pontificem; tamen, iuxta priuilegia, & indulta multarum religionum, non solet esse necessaria specialis confirmatio; sed cum ex vi priuilegiorum hæc autoritate Apostolica, eo ipso, quod quis publice denunciatur canonice electus, censetur etiam confirmatus eadem Apostolica autoritate; & ita videtur esse in usu multarum religionum: nam finita electione Generalis, statim ei ut supremo Prælato omnes reuerentiam exhibent, & ipse incipit præfidere generali Capitulo, suumque munus exercere.

CAPVT VI.

De Electione aliorum Prælatorum infra Generalem.

I.
Assertio
tripartita.

HAftenus de creatione supremi Prælati religionis diximus, & ex his, quæ tribus proxime præcedentibus capitulis tractata sunt, hoc vno capite facile expediri possunt, quæ ad reliquos spectant. Dicendum ergo est omnes illos posse per electionem creari, non tamen esse in eis ita necessariam sicut in Generali: ubi autem in usu fuerit, cum proportionem seruanda esse, quæ de electione Generalis diximus: ubi autem iuxta speciale institutum electio necessaria non est, simplicem ac legitimam provisionem Superioris habentis potestatem sufficere. Declaro singula: nam in primis postquam tota religio habet vnum supremum caput internum seu præter Pontificem, ab illo potest satis commodè recipere inferiores Prælatos, tam medios, quam infimos, siue utroque immediate providendo, siue solum medios ac sibi proximos, & per eos inferiores reliquos. Et ob hanc causam dixi, in his Prælati non esse tam necessariam electionem, quia influxus primi Prælati potest ad hæc omnia extendi sine ulla repugnantia, sicut in vniuersa Ecclesia Catholica vnus Vicarij Christi necessaria est electio: pro alijs autem inferioribus Prælati, Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis, in rigore non erat necessaria electio, nam per solum ipsum Vicarium Christi poterant sufficienter provideri, si ipse voluisset. Olim etiam videtur fuisse obseruatum, ut Abbates monasteriorum ab Episcopis crearentur, ut colligitur ex Concilio Niceno, c. 54. ubi etiam significatur Episcopum solitum fuisse creare Abbatem quasi Generalem plurium monasteriorum; hunc vero instituisse locales, seu particulares Abbates singulorum monasteriorum: idem munus tribuitur sacerdotibus in Concilio Tolet. IV. cap. 50. Nihilominus tamen frequentius obseruatum est in religionibus, ut inferiores etiam Prælati per electionem fiant, & non est dubium, quin recte ita fieri possit, quia hoc pendet ex humana institutione, & Pontificis approbatione; nec ex natura rei habet hic modus creandi huiusmodi Prælatos aliquid præter rectam rationem aut convenientem gubernationem, per se loquendo: nec repugnat iuri communi, sed potius est illi valde conformis, ut videbimus: nec denique repugnat iuri, aut potestati supremi Superioris, vel supremi Prælati, quia illa limitata est iuxta regulas, & indulta Apostolica, per quæ illi non maior potestas concessa est. In hoc enim differt monarchia vnus religionis à monarchia totius Ecclesiæ: nam in tota Ecclesia suprema potestas absoluta gubernandi, in capite residet, quæ à nullo infra Christum potest

limitari; & ideo modus instituendi inferiores Prælatos per electionem, vel sine illa, non potuit ab alio, quam ab ipsomet Pontifice definiri. Vnde, quodcumque, vel vbiicumque per electionem fit, vel facta est, ex benigna concessione eiusdem Pontificis introducta est: in religionibus autem tota potestas manat à Pontifice, loquendo de propria iurisdictione, & ideo licet vni Generali principaliter communicetur, datur tamen cum limitatione ad hunc vel illum modum regiminis, iuxta exigentiam rerum: ubi ergo institutio electionum talium Prælatorum postulat, seruanda est. Iam vero declaratur, & probatur altera pars, nimirum, in huiusmodi electionibus seruanda esse fere omnia, quæ de electione Generalis diximus. Quod quidem, quantum spectat ad ea, quæ pendent ex iure communi, vnica ratione ostendi posset, quia ius commune nihil fere disponit de Generalibus in particulari; sed vel de Prælati in communi, vel de Abbatibus, sub quibus alij Prælati locales intelliguntur, & à fortiori eorum Superiores.

De 1. & 2. conditionibus requisitis ex parte eligendi.

Igitur ut per particulares conditiones breuiter discurremus. Primo ex parte eligendi necessaria est ætas ad minimum 25. annorum: de qua nihil speciale occurrit, præter ea, quæ de Abbatibus statim adnotabimus à num. 7. expressa in eadem religionem. Circa quam interrogari potest, an requiratur professio in eadem Prouincia, vel domo cum proportionem, ita ut sicut in Generali requiritur professio eiusdem religionis, ita in Prouinciæ eiusdem Prouinciæ, in contentuali eiusdem domus. Sic enim de Abbate sentit Syluest. verb. *Abbas* n. 2. & in ceteris. Et fauent iura antiqua s. quest. 1. ubi in c. *Abbatem* 2. dicitur, *In monasterio, ubi non ordinari quem sibi de sua congregatione, &c.* id est, de suo monasterio, ut sequentia verba declarant, & *professione dominus*, de quibus paulo inferius: & in cap. sequenti tunc solum permittitur monachi eligere *de alio monasterio*, quando *inter se aptam personam non erant requisierint*. Et fortasse olim quando monasteria monachorum ita erant inter se diuisa, ut non efficerent proprium vnum corpus, nec haberent vnum Superiorem communem, hoc erat in more positum, ut electio fieret ex proprio monasterio, allegaturque tanquam ius ordinarium & commune, quod non licebat prætermittere nisi in prædicto casu necessitatis. Quanquam forte non fuit hoc tam necessarium, quin electio aliter facta valida esset, quia non inuenimus verba irritantia in antiquo iure, & alioqui cum electio futura esset communi consensu, saltem maioris partis, poterat communitas cedere iuri suo: imo præsumenda esset ex legitima causa, & necessitate id facere, nisi oppositum manifeste constaret.

Nunc autem in religionibus virorum certum est, conditionem hanc non esse necessariam, sed solum ut electus eiusdem religionis sit, ut patet ex Clement. 1. de Elect. ibi, *Ne religiosus aliquis in Abbatem, vel Prælatum alius religionis, vel habitus, vel professionis, ergo ex vi illius textus solum est necessaria indentitas religionis, professionis, & habitus*: non ergo eiusdem domus, vel Prouinciæ. Expendimus autem supra cap. 3. num. 11. particulam, *de assensu*, in eodem textu positam, quia ex ea intelligitur, illud esse ius nouum, post illud autem non habemus ius, quod maiorem identitatem requirit: ergo illa sufficit. Denique, vsu omnium religionum ita receptum est. Nam religiones Mendicantes, & alia illis similes, tantam habent in se vnitatem, ut distinctio locorum, vel prouinciæ rursus valde accidentalis